

cinus vniuersis Quod nos domino Rangwaldo dicto Mulæ pro recompensacione honorum sibi per magnum fratrem nostrum ablatorum, Curiam nostram slædini, Cvm colonijs, nemoribus, pratis, paschuis, ac ceteris pertinencijs, suis. Vna cvm molendino jn offrud, & Molendinum jn thængini quod possedit Magnus dax son colonias quoque nostras jn aræbyærgh, refundimus & assignamus, jure hereditario perpetuo possidendas Petentes jnstanter vt dominus noster rex & consiliarij sui super premissis literas suas patentes eorum sigillis munitas, dare velint ad euidenciam pleniorum. Jn cuius testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dominorum Nicholai algoti, Magistri benedicti, et beronis longi Canonicorum nostrorum, qui presenti conuencioni affuerunt, presentibus est appensum. Datum skaris Anno domini M^o, CC^o, XC^o VIII^o jn die beate lucie virginis.

3 Sigill finnas under brefvet, och rum för det fjerde.

Af samma bref finnes äfven ett annat original, i hvilket sista ordet virginis saknas; med sigill 1, 2, 4 och rum för det tredje, och för öfrigt följande olikheter: slædhini — — offrudh — — thænghini — — dags son — — damus (i st. f. refundimus).

1257.

1298 d. 19 Dec.

Kållandsö.

F. d. Lagmannen i Westergöthland ALGOT BRYNOLFSSONS bref, med godkännande af Biskop Brynolfs föregående anordning.

A. G. a. 2. 45.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. ALGOTUS BRÿNIULFS. SON. Legifer quondam wæsgothorum. Salutem jn domino sempiternam. Quia Reuerendus pater dominus Brÿniulphus Episcopus skarensis Curiam slædini cum colonijs ibidem & nemoribus & ceteris pertinencijs jntra sepes & extra, & molendinum jn offrud, ac colonias jn aræbyærgh, Nobili viro domino rangwaldo dicto mulæ pro rebus sibi per magnum filium meum ablatis, dedit & assignauit. Constare volo tam posteris quam modernis, quod ratum & gratum semper habeo, quicquid per ipsum dominum scarensis ordinatum & actum fuerat super bonis prenotatis. Promittens firmiter, quod contra ordinationem predicti domini scarensis jn hac parte per me vel per alium, nunquam veniam vel faciam de jure vel facto. Sigillum meum presentibus apponi faciens, jn euidenciam premissorum pleniorum. Datum Qwaldins ø. Anno domini M^o, CC^o, XC VIII^o, XIII^o kal. januarij.

Sigillet något skadadt.

1258.

1298 d. 26 Dec.

Dymmu.

Biskopen BRYNOLFS i Skara Fullmakt för Andreas Tuwesson, att gifva fasta på de gods han till Ragnwald Mule afstått.

A. G. a. 3: 12.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. B. Dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Tenore precencium notum facimus

tam posteris quam presentibus vniuersis, Quod nos auctoritate presencium tam ex parte nostra quam ex parte patris nostri, andree towæ. son. plenariam potestatem committimus skotandi Nobili viro domino Rangwaldo dicto Mulæ, et a nobis et heredibus nostris, et patris nostri, alienandi, Curiam nostram jn slædini, Cvm colonijs ibidem et omnibus suis pertinencijs jntra sepes et extra, vna cum molendino jn offrud, et molendino jn thengini quod possedit magnus dax. son. Et hoc omnibus quorum jntimamus, Sigillum nostrum presentibus apponentes. Datum Dýmmu. Anno Domini M°, CC°, XC° VIII°. secunda die Natalis domini.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1259.

1298 d. 28 Dec.

Dýmmu.

Biskopen BRYNOLFS i Skara bref på en gård i Wam, som lemnas Skara Domkyrka i ersättning för Tengened qvarn, hvilken han afstått till Ragnvald Mule.

A. 3. 2. 1.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. B. dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus, vniuersis tam posteris quam presentibus, quod, quia dedimus Nobili viro domino rangwaldo dicto mulæ pro rebus sibi per fratrem nostrum magnum ablatis molendinum ecclesie scarensis situm jn thengini, quod possedit magnus dax. son. nos ipsius ecclesie jndempnitati consulere volentes, Curiam nostram maternam jn wam, Cvm colonia & molendino ibidem, ac omnibus bonis mobilibus & jnmobilibus, agris, pratis, nemoribus, ac ceteris pertinencijs jntra sepes & extra, jn recompensacionem prò dicto molendino eidem ecclesie scarensi refundimus & irreuocabiliter assignamus. Renunciantes omni juri quod nobis vel heredibus nostris jn dicta curia compeciijt, vel competere posset de jure vel de facto. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Dýmmu Anno domini M°, CC°, XC° VIII°, jn die sanctorum jnnocencium.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1260.

1299 odat.

Tribek.

JOHANNES af Myreby intyg om den vänliga öfverenskommelse, som Benedicta Holmstens dotter ingått med sina släktingar med afseende på deras arfsanspråk, innan hon blef Nunna i Skeninge kloster, samt under hvad vilkor hon till detta kloster skänkt sina gods.

A. 3. s. 2. 5.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris JOHANNES dictus PARUUS de Myrby Salutem in domino sempiternam. Quia rite & racionabiliter acta